Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Fallax equus ad salutem. in habundantia autem
uirtutis suę non saluabitur.
Ecce oculi dni sup metuentes eum. & in eis qui
sperant sup misericordia eius.
Vt eruat a morte animas eorū. & alat eos in fame.
Anima nra sustinet dnm. quo adiutor & protector nr e.
Quia in eo lętabitur cor nostrum. & in nomine
sancto eius speramus.
Fiat misericordia tua dne sup nos. quemadmodū
speramus in te.

PSAL DD. CUM MUTAUIT UULTŪ SUŪ CORĀ
ABIMELECH. ET DIMISIT EŪ ET ABIIT.

Benedicam DNO IN OMNI TEM
pore. semp laus eius in ore meo.
In dno laudabitur anima mea. audiant man
sueti & lętentur.
Magnificate dnm mecū. & exaltemus nomen
eius in idipsum